

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Noctes Atticae

Gellius, Aulus

[Venedig], 6. Apr. 1496

Liber primvs

[urn:nbn:de:bsz:31-272210](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-272210)

AVLIGELLIINOCTIVMATTICARVM
COMMENTARII LIBER PRIMVS.

LVTARCVS In libro quē $\omega\omega\sigma\theta\eta\ \psi\upsilon\chi\omega\upsilon\sigma\ \kappa\alpha\iota\ \sigma\omega\mu\alpha\tau\omega\upsilon\sigma\ \alpha\upsilon\tau\acute{\rho}\omega\sigma\ \omega\sigma\iota\sigma\ \pi\epsilon\pi\iota\ \epsilon\upsilon\phi\upsilon\tau\epsilon\alpha\upsilon\ \kappa\alpha\iota\ \alpha\pi\epsilon\theta\eta\upsilon\ \Delta\iota\alpha\theta\omicron\rho\alpha$, idest quantum inter homi-

P

nes animi corporisq; ingenio atq; uirtutibus interlit: conscripfit. scite subtiliterq; ratiocinatu Pythagoram philosophum dicit. in reperien-

da. modulandaq; status longitudinis eius præstantia. Nam quum fe-
re cōstaret curriculū stadii. quod est pisis apud Iouē olympiū. Her-
culem pedibus suis metatum. idq; fecisse longum pedes ducentos. cætera quoq; sta-
dia in terris græciæ ab aliis postea instituta. pedum quidem esse numero ducentorum
sed tamen esse aliquantulum breuiora. facile intellexit modum. spatiumq; plantæ Her-
culis ratione proportionis habita. tanto fuisse q̄ aliorum procerius: quanto olympicū
stadium longius esset q̄ cætera. Comprehensa autem mensura herculani pedis secun-
dum naturalē membrorum omnium inter se competentiam modificatus est. Atq; ita
id collegit: qd' erat consequens. tanto fuisse Herculem corpore excelsiorem. q̄ alios:
quanto olympicum stadium ceteris pari numero factis anteret.

Her-
cules

Ab Herode attico cōsulari uiro tēpestiue deprompta in quāndā iactatū & glorio-
sum adolescētē: specie tātū philosophiæ sectatorē uerba Epicteti stoici: qbus festiui-
ter a uero stoico sciūxit uulgi loquaciū nebulonū: qui se stoicos nūcuparēt. Cap. ii.

Erodes atticus uir & græca facundia: & cōsulari honore præditus: accersebat

hæpe nos quum apud magistros athenis essemus in uillas eius urbi p̄ximas
me & calrissimū uirum. Seruilianū compluriscq; alios nostrates: qui Roma

in græciam: ad capiendum ingenii cultum concesserant. Atq; ibi tunc quum essemus
apud eum in uilla: cui nomen est Cephyria: & est u. anni: & sidere autumnii flagratissi-
mo propulsabamus caloris incommoda lucorū umbra ingentiū longis ambulacris &
mollibus ædium posticū refrigeratibus lauacris nitidis: & abundis: & collucentibus:
totiusq; uillæ uenustate aquis undiq; canoris: atq; auibus personante. Erat ibidē nobi-
scum simul adolescens: philosophiæ sectator: disciplinæ ut ipse dicebat stoicæ: sed lo-
quacior impediō & promptior. Is plerūq; in cōnuuiio sermonibus qui post epulas ha-
beri solēt multa: atq; imodica de philosophiæ doctrinis intēpestiue: atq; insolite disse-
rebat. Præq; se uno cæteros omnis linguæ atticæ principes gentemq; omnem togatam
quodcūq; nomen latinum: rudes esse: atq; agrestes prædicabat: atq; interea uocabulis
haud facile cognitis: syllogismorū captionūq; dialecticarū laqueis strepebat $\kappa\upsilon\pi\omega\upsilon\sigma\ \iota\tau\alpha\varsigma\ \varsigma\omicron\chi\alpha\zeta\omicron\upsilon\sigma\alpha\sigma\ \omega\epsilon\omega\pi\iota\alpha\sigma$: idest laqueorū adhuc speculationes claudicantes. Aliosq;

ingenii cultus

id genus griphos neminē posse dicens nisi se dissoluere. Rem uero ethicam naturāq;
humani ingenii: uirtutūq; origines: officiaq; earum cōfinia: aut cōtra morborum uiti-
orūq; fraudes: animorūq; labes: ac pestilentias asseuerabat: nulli eē ulli magis ea om-
nia explorata: compta meditataq;. Cruciatus autē doloribusq; corporis & periculis
mortē minitātibus: habitū statūq; uitæ beatæ: quā se adeptum esse putabat: neq; lædī
neq; iminui existimabat. Ac ne oris quoq; & uultus serenitatem stoici hominis: unq;
illa posse ægritudine obnubilarī. Has ille inanes quum flaret glorias: iāq; omnes finē

Impugnatio aduersus
quod magis significat

c

cuperent: uerbisq; eius defatigati perteduisent: tum Herodes græca: cuius plurimus
 ei mos fuit: oratione utens. Permite inquit philosophorum amplissime quoniam re
 spondere nos tibi quos idiotas uocas: non quimus: recitari ex libro: quid de huiscemo
 di magni loquentia uestra senserit: dixeritq; Epictetus stoicorum maximus. iussitq; p
 ferri disertationū Epicteti digestarum ab Ariano primum librū: in quo ille uenerandus
 senex iuuenes: qui se stoicos appellabant: neq; frugi neq; operæ probæ: sed theorema
 tibus tantum nugalibus: & puerilibus isagogarum cōmentationibus dilatrātes: obiur
 gatione iusta incessuit. Lecta igitur sunt ex libro qui ploratus est: ea que addidit. Quid
 bus uerbis Epictetus se uere simul ac festiuiter seiunxit: atq; diuisa uero: atq; sincero
 stoico: qui esset pculdubio: ακωλυτος: ανεκβιατος: απαραιτωδισος: λευπερος
 ευπορος ευδαιμων: idest nō prohibitus inuolatus: minime implicitus: liber: diues
 fœlix: uulgius aliud nebulonū hominū: qui se stoicos nūcuparent. Vltroq; uerborū &
 argutiariū fuligine ob oculos audientū iacto. sãctissimæ disciplinæ nomine mētiren
 tur. ειπεμοι περι αγατων και κακων ακουεις. ιλιοθεν μεφρων αυεμοσ κικονεοδι
 πελαοδεν. των οντων τα μενεσιν αγατα. τα δεκακα. τα δε αδιαφορα αγατα
 μινον αρεταικακα τα μετεχοντα κακιας. αδιαφορα δε τα μεταξυ του του πλου
 τος. συξυγια: ζωι θανατος. η δονη: ωνος: ποθεν οιδας ουτως ελλινικοσ λεγε
 εν τοις αιγυπτιακοις τι γορ γιαφερει τουτο ειπειν νοτι διογενης. εν τη ηορη
 η χρυσιωσος η κλεαντης: βεβσσανικασ ουν αυτο: καλδουμασ του πεπονη
 σαι: δεικνυε ωσ ειωσασεν πλοιω χειμαζεοθαι με ανισαι ταυτης της διαίρεσε
 ωσ οταν φορηση τοις λω και αναρρυγαση ανσοι της ουτωσ παρασασ. ις εν
 πηλεγεμοι συαρωημελεγεσ: μεκακιας το να αναγησαι: μη της κακιασ μετε
 χον ουκαρξυλον ενσεισει ταυτο τημιν. και τρι αμτροωπε. απολυμωσ και συελ
 θων παρεις. εαν δεσε οκαισαρ μετασεν ψηται κατηγορουμενων. idest de bonis
 cedo: & malis audis an illud? Ad ciconas troia referens me uentus adegit: Rerum
 quædam bona: quædam mala: quædã indifferentia sunt. Bona sane uirtutes: quæ uitii
 participat mala. Indifferentia uero illa quæ inter hæc media sunt: opes: coniugium: ui
 ta: mors: uoluptas: labor. unde nosti inqt. Sic Hellanicus in ægyptiacis tradit. Quid
 enim refert ita dicã an Diogenem in moralibus Chrisippu inue: aut Cleanthem? Hoc
 itaq; exquisiisti: decretūq; fecisti tuum. Expone quonam modo te pestatẽ in nauĩ feras
 nunqd eius distinctionis memineris: ubi instrepit ac stridet uelum? si quis te ita allo
 quat: repete age tu ea. quæ modo aiebas: num sit uitii naufragiū facere? num parti
 ceps uitii sit: an non cōtra istum baculū moueas? heus homo: quid mecū tibi: nos pe
 rimus: & ipse ludis Cæsar quoq; si te delatum accersuerit: quid agas?

Quod chilo lacedæmonius consilium anceps pro salute amici cepit. Quodq; est
 circumspecte & anxie cōsiderādū an pro utilitatibus amicorū delinquēdū aliquādo sit.
 Notataq; inibi: & relata quæ Theophrastus: & M. Cice. supra re scripserūt. Cap. iiii.
 Hilo præstabilis homo sapientiæ: quonã usq; debuerit contra legem con
 traq; ius pro amico progredi dubitauit. Ea q; res in fine quoq; uitæ ipso: ani
 mū eius auxit. Et alii deinceps multi philosophiæ sectatores: ut in libris eorū
 scriptū est satis inqt scite: satisq; solcite quæsiuerūt: ut uerbis quæ scripta sūt ipsis utar
 ει δε βουθεειν τω φιλω παρα. το δικαιον. και μεχρι τωσου και ποια. idest nunquid
 oporteat

oporteat contra iustitiam amico subuenire? & qua fini? & in cuiusmodi? ea uerba signifi-
cant: quæfisse eos: an nonnunquam contra ius: contra uerum morem faciendum pro amico? si t
& in qualibus & in quibus causis. & quænam ad usque modum. Sup hac quæstioe quæ
ab aliis sicuti dixi: multis tum diligentissime a Theophrasto disputatur: uirò in philo-
sophia peripatetica modestissimo doctissimoque. Ea que disputatio scripta est: si recte me
minimus: in libro eius de amicitia primo. Eum librum. M. Cicero uidet legisse quum
ipse quoque librum de amicitia componeret: & cætera quæ sumenda a Theophrasto
existimauit: ut ingenium. Facundiaque eius fuit: sumpsit & transposuit commodissime aptis-
simeque. Nunc autem locum de quo satis quæsitum esse dixi: omnium rerum aliarum difficil-
limum: strictim: atque cursim transgressus est. Neque ea quæ a Theophrasto pensicula-
te atque enucleate scripta sunt: executus est. Sed anxietate illa & quasi morositate dispu-
tationis prætermissa: genus ipsum rei tantum paucis uerbis notauit. Ea uerba Cicero
nis si recensere quis uellet: apposui. His igitur finibus utendum esse arbitror: ut cum
emendati mores amicorum sunt: tum sit inter eos omnium rerum: consiliorum: uoluntate
tū sine ulla exceptione cōmunitas: ut etiā si qua fortuna acciderit: ut minus iustæ uolū-
tates amicorum adiuuandæ sint: in quibus eorum aut caput agatur: aut fama declinandū
• sit de uia: modo ne summa turpitudine sequatur. Est enim quatenus amicitia uenia dari
possit. Quum agatur inquit aut caput amici: aut fama declinandum est de: uia ut etiā
nonnunquam uoluntate illius adiuuemus. Sed cuiusmodi declinatio ista esse debeat: qualisque
ad adiuuandum digressio: & in quanta uoluntatis amici iniquitate non dicit. Quid au-
tem refert scire in huiusmodi periculis amicorum: si non magna me turpido insecutura
est: de uia recte esse declinandum: nisi id quoque me docuerit: quam putat magnā tur-
pitudinē? & cum decessero de uia: quousque digredi debeat? Est enim inquit quatinus da-
ri amicitia uenia possit. Hoc immo ipsum est: quod maxime descendendum est: quodque ab
his: qui doceant: minime dicit: quatinus quaque fini dari amicitia uenia debeat. Chilo il-
le sapiens de quo paulo ante dixi: conseruandi amici causa: de uia declinauit. Sed uideo
quousque progressus est: falsum enim pro amici salute consiliū dedit. Id ipsum tamen in
fine quoque uitæ: an iure possit reprehendi: culpamque dubitauit. Contra patriam inquit Ci-
cero arma pro amico sumenda non sunt: hoc profecto nemo ignorauit. & priusquam
Theognis: ut Lucilius ait: nasceret. Sed id quæro: id desidero: quum pro amico contra
ius & contra quæ licet: salua tamen libertate atque pace: faciendū est: & quum de uia (sicut ipse
ait) declinandum est: quid: & quantum. & in quali causa & quonam usque id fieri de-
beat? Pericles ille atheniensis egregius uir ingenio bonisque omnibus disciplinis ornatus
in una quidem specie: sed planius tamen quid existimaret professus est. Nam quum ami-
cus cum rogaret ut pro re causaque eius falsum deieret his ad eum uerbis usus est. *Ἄξι-
ον ἔστιν ἕως ἄρας ὑπὲρ φίλων ἀλλὰ μετρίως*: id est opus est me amicis commo-
• dare: sed usque ad aras. Theophrastus in eo quem dixi: libro inquisitius quidem super
hac re ipsa & exactius. pressiusque Cicero dixerit. Sed is quoque in docendo: non de uno
quoque facto singulatim existimat. neque certis exemplorum documentis: sed generibus
• rerum summam: uniuersimque utitur ad hunc ferme modum. Parua inquit & tenu-
is uel turpitudine uel infamia subeunda est. si ea re magna utilitas amico quaeri po-
test. Rependitur quippe: & compensatur leue damnū delibata honestatis maiore alia

LIBER

grauioreq; in adiuuando amico honestate. Minimaque illa labes: & quasi lasciuia fama imminentis: partarum amico utilitatū ratione solidat. Neq; nominibus iquit mo ueri nos oportet: q; paria genere ipso non sunt: honestas meae fama: & rei amici utilitas. Ponderibus haec enim potestatibusq; praesentibus: non uocabulorum appellatio nibus: neq; dignitatibus generū diiudicanda sunt. Nam quū in rebus aut paribus: aut non lōge secus: utilitas amici: & honestas nostra consistit honestas procul dubio praeroderat. Quū nero amici utilitas nimio est amplior: honestatis autē nostrae in re non graui leuis iactura est: tunc quod utile amico est: id primum illo: qd' honestum nobis est: fit plenius. sicuti est magnum pondus aëris: parua lamina auri fit praeciosius. Verba adeo ipsa theophrasti super ea re adscripsi. οὐκεί τιπυου του του τω γρηει τιμιας τερον ηλη και οτιουν μερος του του προς τοτηλικον δε θατερον συνκρινουμενον αιρετον εσαι λεγω δε οιον και χρυσιον τιμιοτερον χακλου και τηλικον δε του χρυσου. τω τηλικω δε χακλου μεγεθος αντιπαραβαλλομενον. πλεον δε οφει αλλα ποιησει τινα τερον ην και τω πλεον και τω μεγεθος: idest nō siquid suo genere alio est nobilius: cōtinuo quauis quoq; pars eius: partis cuiuslibet alterius quo cum comparatur: collatione eligenda sit potius. uerbi gratia hoc modo ut & nobilius aere aurum sit. & auri pars quaelibet portionis cuiuslibet aëris comparatione: sit pluris: uerum non nihil discriminis: cum numerus: tum uero magnitudo efficiet. Phauorinus quoq; philosophus huiuscemodi indulgentiam gratiae tempestiuus: laxato paulū permissioq; subtili iusticiae examine: his uerbis definiuit. ηκλου μενη Χρησασρα τοις αντραποις τουτ ειν υφ ισα κριβιας νδ οτι. idest quae gratia apud homines uocatur: hoc quidem est: iuris diligentioris loco & tēpore iminutio. Post deinde idem Theophrastus ad hanc ferme sententiam disseruit. Has tamen inquit paruitates reū: & magnitudines: atq; has omnis officioū aëstimationes: alia nō nunq; momenta extrinsecus: atq; alia q̄si appēdices personarū: & causarū & tēporum & circumstantiā ipsius necessitates: quas includere praeccepta difficile est: moderant: & regunt: & quasi gubernāt. & nunc ratas efficiunt: nūc irita. Haec talia quae Theophrastus satis caute & solcite: & religiose causā discernēdi magis disputandiq; diligentia: q̄ cum decernendi sententia fiduciaq; disseruit: quoniā pfecto causa scientiā: corporū uarietates: disertationūq; & differentiā ignorantēs: directū atq; perpetuū: distinctūmq; in rebus singulis praecceptū: quod ego uos in prima tractatus istius parte desiderare dixerā non capiunt. Eius autē Chilonis a quo disputaciunculae huius initiū fecimus: quū alia quaedam sunt cognitu utilia: atq; prudentia: tum id maxime exploratae utilitatis est: q; duas ferocissimas affectiones amoris: atq; odii intra modum tantum coeruit. Hac inquit finiames: tanq̄ forte fortuna osurus: hac itidem tenus operis: tanq̄ fortasse post amaturus. Super hoc eodē Chilone Plutarchus philosophus in libro περι ψυχης. i. de aia primo uerbis ita scripsit Χιλο' οσα λαιος ακουτας τινος λεγοντος. μη λενα εχειν εχτρον. ηρωτηεν ι και μη δεμα φιλον. Χιλο' οσα λαιος ακουτας τινος λεγοντος. μη λενα εχειν και συνεπαγεοθαι φιλιος και απεχθαι. Chilo senior. quum quēpiā dicentem audisset: nullum se inimicum habere: an nullum etiam amicum haberet: in terrogauit: amicitias inimicitiasq; inuicem consequi & adduci necesse esse arbitratus.

Quam tenuiter curioseq; explorauerit Antonius Julianus in oratione Marci. T. uerbi

uerbi ab eo mutati argutiam:

Cap. iiii.

Ntonius Iulianus rhetor perquam fuit honesti: atque amoeni ingenii. Doctrina quoque ista utiliore ac delectabili: ueterumque elegantiarum cura: & memoria multa fuit. Ad haec scripta omnia antiquiora tam curiose spectabat: aut uirtutes persequabatur: aut uicia rimabatur: ut iudicium factum esse ad amusum diceret. Is Iulianus super eo enthymemate: quod est in oratione. M. Tulli: quam pro Gn. Planco dixit: ita aestimauit. Sed uerba prius: de quibus iudicium ab eo factum est: ipsa ponam. Quamuis dissimilis pecuniae debitio & gratiae. Nam qui pecuniam dissoluit: statim non habet: id quod reddidit. Qui autem debet: res retinet alienum. Gratiam autem & qui refert habet: & qui habet: in eo ipso quod habet: refert. Neque ego nunc Planco desinam debere: si hoc soluero. Nec minus ei reddere uoluntate ipsa: si hoc molestiae non accidisset. Crispum sane inquit agmen orationis: rotundumque: ac modulo ipso numerorum uenustum sed quod cum uenia legendum sit: uerbi paulum ideo immutati: ut sententiae fides salua esset. Namque debitio gratiae & pecuniae collata: uerbum utrobique seruare posset. Ita enim recte opposita inter se gratiae: pecuniaeque debitio uidebitur: si & pecunia quidem deberi dicatur: & gratia. Sed quod ueniat in pecunia debita solutaue: quid contra in gratia debita reddita uerbo utrinque seruato differatur. Cicero autem inquit: quum gratiae pecuniaeque debitio dissimilem esse dixisset: eiusque sententiae rationem redderet: uerbum debet in pecunia ponit: in gratia habet subiicit: pro debet. Ita enim dicit. Gratiam autem & qui refert: habet: & qui habet in eo ipso quod habet: refert. Sed id uerbum habet: cum proposita comparatione non satis conuenit. Debitio enim gratiae non habitio cum pecunia confertur. Atque ideo consequens quidem fuerat sic dicere: & qui debet in eo ipso quod debet refert: quod absurdum & nimis coactum foret: si nondum redditam gratiam: eo ipso redditam diceret: quia debetur: immutauit ergo inquit & subdit uerbum ei uerbo: quod omiserat: finitimum: ut uideatur & sensum debitiois collatae non reliquisse: & concinnitatem sententiae retinuisse. Ad hunc modum Iulianus enodabat: diiudicabatque ueterum scriptorum sententias: quas apud eum adulescentes lectitabant.

Quod Demosthenes rhetor cultu corporis atque uestitu probris obnoxio. infamisque mundicia fuit: quodque item Hortensius orator ob eiusmodi mundicias: gestumque in agendo histrionicum Dionysiae saltatriculae cognomen compellatus est. Cap. v.

Demosthenem tradunt: & uestitu ceteroque cultu corporis nitido uenusto: nimis acurato fuisse. hinc etiam *κομψή* illa *χλαμύς* και *μαλακοί χιτῶν* *κοί* id est elegans illa uestis: & molles tunicae ab aemulis aduersariisque probro datum. hinc etiam turpibus: indignisque in eum uerbis non temperatum: quum per uirum ore quoque polluto diceretur. Ad eundem modum Hortensius omnibus ferme oratoribus aetatis suae: nisi. M. Tullio clarior: qui multa cum mundicia & circumspecte compositaeque indutus: & amictus esset: manusque eius interagendum forent arguta admodum & gestuosa: maledictis compellationibusque probrosis iactatus est. multaque in eum quasi in histrionem: in ipsis causis atque iudiciis dicta sunt. Sed cum L. Torquatus sub agresti homo ingenio: & infestiuo: grauius acerbisque apud consilium iudicum: quum de causa Syllae quaereretur: non iam histrionem eum esse diceret: sed gesticulariam Dionysiamque eum notissimae saltatriculae nomine appellaret. Tum uoce molli: atque

Demo
stheis
cultus

Hortē
sius

LIBER

demissa Hortensius: Dionysia inquit Dionysia malo equidē esse: q̄ quod tu Torquar-
te. ἀνοστος ἀγρολαίτος ἀποσιτος: idest inelegans agrestis a litu difficilis.

Verba ex oratione Metelli Numidici: quā dixit ad populum in cētura. quum cum
ad uxores ducendas adhortaretur. ea q̄ oratio quam ob causam reprehensa: & quo cō-
tra modo defensa sit. Cap. vi.

Metel-
lus de
uxore
ducen-
da

Uitis & eruditīs uiris audientibus legebatur oratio Metelli Numidici graui-
m ac disertī uiri: quā in censura dixit ad populum: de ducēdis uxoribus: quū eū
ad matrimonia capescenda hortaretur. in ea oratione ita scriptum fuit. Si si-
ne uxore possemus quirites esse: omnes ea molestia careremus. Sed quoniam ita natura
tradidit: ut nec cū illis satis commode: nec sine illis ullo modo uiui possit: salutē perpe-
tua potius q̄ breui uoluptati consulendum. Videbatur quibusdam Metellum censo-
rē cui consilium esset: ad uxores ducendas populū hortari non oportuisse: nec de mo-
lestia incōmodisq; perpetuis rei uxoriæ confiteri: neq; adhortari magis: q̄ dissuadere
absterrereq;. Sed contra: illud potius orationem debuisse sumi dicebant: ut & nullas
plerumq; esse in matrimoniis molestias asseueraret: & si que tamen accidere nonnunq̄
uiderentur paruas & leues facileq; esse toleratu diceret. maioribusq; eas emolumentis
& uoluptatibus obliterari. easdemq; ipsas neq; omnibus: neq; naturæ uitio: sed quorū
dam maritorum culpa & iustitia euenire. T. autem Castritius recte atq; condigne Me-
tellum esse locutum existimabat. Aliter inquit censor loqui debet: aliter rhetor. Rhetor
ri concessum est sententiis uti fallis: audacibus: subdolis: captiosis: si modo uerisimiles
sint: & possint ad mouendos hominum animos qualicūq; astu irripere. Propterea tur-
pe esse ait rhetori: si quid in mala causa destitutum: atq; impugnatū relinquat. Sed enī
Metellum inquit sanctum uirum illa grauitate & fide præditum: cum tanto honore:
atq; dignitate uitæ apud populum Romanum loquentem nihil decuit aliud dicere: q̄
quod uerū sibi esse: atq; omnibus uidebatur: præsertim quum super ea re diceret quæ
quotidiana intelligentia & communi peruulgatoq; uitæ usu comprehenderetur. De
molestia igitur cunctis hominibus notissima confessus: eaq; confessione fidem seduli-
tatis: ueritatisq; commertus: tum deniq; facile & procliuiter: quod fuit omnium rerū
ualidissimum atq; uerissimum persuasit: ciuitatem saluam esse sine matrimoniorū fre-
quentia non posse. Hoc quoq; aliud: ex eadem oratione Metelli dignum esse existima-
uimus assidua lectione: nō: hercle minus: q̄ quæ a grauissimis philosophis scripta sūt.
Verba Metelli hæc sunt. Dii immortales plurimum possunt sed non plus uelle debēt
nobis: q̄ parentes. At parentes: si pergunt liberi errare: bonis exheredant. Quid ergo
nos a diis immortalibus diutius expectemus: nisi malis rationibus finem facimus: nisi
dem deos propitios esse æquum est: qui sibi aduersarii non sunt. Dii immortales uirtu-
tem approbare: non adhibere debent.

In hisce uerbis Ciceronis ex oratione quinta in Verrem: hanc sibi rem sperant præ-
sidio futurum: neq; mendam esse: nec uitium. Errareq; istos: qui bonos uiolant libros
& futuram scribunt. Atq; ibi de quodam alio Ciceronis uerbo dictū: quod probe scri-
ptum perperam mutatur. Et aspersa pauca de modulis: numerisq; orationis: quos Ci-
cero auide sectatus est. Cap. vii.

i In oratione Ciceronis quinta in Verrem libro spectate fidei. tyroniana cura:
atq;

atq; disciplina facta: ita scriptum est. Homines tenues obscuro loco nati: nauigant
adeuntq; ad ea loca: quæ nunq̄ antea didicerant: neq; noti essent quo uenerunt: neque
semper cum cognitoribus esse possunt. Hac una tantum fiducia ciuitatis: non modo
apud nostros magistratus: qui & legum: & æstimationis periculo continentur: neque
apud ciues solum romanos: qui & sermonis: & iuris: & multarum rerum societate iun
cti sunt: fore se tutos arbitrant: sed quocunq; uenerint: hanc sibi rem præsidio sperant
futurum. Videbaturq; pluribus in extremo uerbo menda esse. debuisse enī scribi puta
bant: non futurum: sed futurā. neq; dubitabant: quin liber emendatus esset: ne ut in
Plauti comœdia mœchus: sic enī mendæ suæ illudebant: ita in Ciceronis oratiōe so
lœcismus esset manifestarius. Aderat ibi forte amicus noster homo lectiōe multa ex
ercitus: cui plæraq; omnia ueterū litterarum quæ sita: meditata: euigilataq; erant. Is li
bro inspecto ait: nullū esse in eo uerbo: neq; mendam: neq; uitiū. Ciceronē probe ac
uenuste locutū. Nam futurū inquit non refertur ad rē: sicut legētib; temere & incu
riose uidetur: neq; pro participio positum est. sed uerbum ē inde finitum: quod graci
appellant αἰμαρον: neq; numeris: neq; generibus præseruiens sed liberę undiq;
& impromiscuum est. Quali, C. Graccus uerbo usus est in oratione: cuius titulus est
de Q. Popilio circum conciliabula: in qua ita scriptum est. Credo ego inimicos meos
hoc dicturum. Inimicos inquit dicturum: & non dicturos. Videtur ne ea ratione posi
tum apud Gracchum dicturum qua est apud Ciceronē futurū: sicut in græca oratio
ne sine ulla uitii suspitione omnibus numeris: generibusq; sine discrimine attribuunt
huiuscemodi uerba αἰμαρον εἰσοδαι. i. futurum: λεγειν εἰσοδαι dicturū & similia.
In Q. quoq; quadrigarij tertio annali libro uerba hæc esse dixit. Dum hi conciderent
hostium copias ibi occupatas futurum. In. xii. annali eiusdem quadrigarij principiū li
bri sic scriptū. Si pro tua bonitate & nostra uoluntate tibi ualitudo suppetit: est quod
speremus: deos bonis benefacturum. Itē in Vallerij Antiatij libro. iiii. & xx. simili mo
do scriptum esse. Si hæc res diuinæ factæ: recteq; perlitæ essent aruspices dixerūt oīa
ex sentētia processurum. Plautus etiā in Casma quū de puella loqueret: occisurum
dixit. non occisuram his uerbis. Etiā ne habet Casma gladiū: Sta habet. Sed duos: qui
bus altero te occisurum ait. altero uillicum. Itē Laber. us in Gemellis. Nō putauī inquit
hoc eam facturum. Nō ergo isti omnes solœcismus quid esset: ignorauerunt. Sed &
Gracchus dicturum: & quadrigarius: futurū & benefacturū & Plautus occisurū: &
Antias processurū: & Laberius factus: inde finito modo dixerunt. qui modus neq; in
numeros: neq; in personas: neq; i genera distribuit. Sed omnia istæc una eademq; de
clinatione cōplectitur. Sicuti. M. Cicero dixit futurū: nō uirili genere. neq; neutro. so
lœcismus enī foret plane. sed uerbo usus est ab omni necessitate generum absoluto.
Idem autem ille amicus noster in eiusdem. M. T. Ciceronis oratione: quæ est de impe
rio Gn. Pompeij: ita scriptū esse a Cicerone dicebat atq; ipse ita lectitabat. Quum no
stros portus. atq; eos portus: quibus uitam ac spiritū ducitis: in prædonum fuisse po
testatem sciatis. Neq; solœcismum esse aiebat: in potestatem fuisse. ut uulgus semido
ctum putat: sed ratione dictum certa & proba: contendebat qua & graci ita uterētur
& Plautus uerborū latinorū elegantissimus in Amphitrione dixit. Nunc uero mihi
in mentem fuit: non ut dici solitū est in mente. Sed enim præter Plautum cuius ille in

LIBER

praesenti exemplo usus est: multam nos quoque apud ueteres scriptores locutionum talium copiam offendimus. atque his uulgo annotamentis insperximus. Ut rationem istam missam facias & auctoritates: sonus qui εὐφωμίᾳ .i. uoculatio tantum: & positura ipsa uerborum satis declarant: id potius ἐπιλείπειν ἢ λέγειν: id est uocabulorum delectui diligentis: modulamentisque orationis. M. Tullii conuenisse: ut quoniam utrum uis dici latine posset: potestatem dicere mallet: non potestate. Illud enim sic compositum iocundius ad aurem. comspectiusque insuauius hoc imperfectiusque est: si modo ita explorata aure homo fit: non surda: nec iaceti. sicuti est hercle quod explicauit dicere maluit: quam explicuit: quod esse iam usitatus ceperat. Verba sunt haec ipsius in exhortatione quam de imperio Cn. Pompeii habuit. Testis est sicilia: quam multis undique civitatum periculis non terrore belli: sed consilii celeritate explicauit. At si explicuit diceret imperfecto & debili numero uerborum sonus clauderetur.

Historia in libris Phocionis philosophi reperta super Laide meretrice: & Demosthene rhetore. Cap. viii.

Demo
sthe
nes
Lais
mere
trix

Hocion ex peripatetica disciplina: haud sane ignobilis uir fuit. Is librum multae uariaeque historiae refertum composuit: eumque inscripsit: κερὰς ἀμφοτέρων .i. ea uox hoc ferme ualet: tanquam si dicas cornu copiae in eo libro super Demosthenes rhetore: & laide meretrice historia haec scripta est. Laïs inquit corinthia ob elegantiam: uenustatemque formae grandem pecuniam demerebat. Conuentusque ad eam ditiorum hominum ex omni graecia celebres erant. neque admittebatur: nisi qui dabat: quod poposcerat. Poscebat autem illa nimiam quantitatem: Hinc ait natum esse illud frequens apud graecos adagium οὐ πάντες ἀνδρῶσες κορινθίου εὐδοκίου: id est. Non uiri cuiusque est corinthum petere: quod frustra iter corinthum ad Laidam qui non quiret dare: quod posceretur. Ad hanc ille Demosthenes clanculum adit: & ut sui copiam faceret petit. At Laïs μυριάς δραχμῶν: id est decem drachmarum milia poposcit. hoc facit nummi nostratis denarium decem milia: tali petulantia mulieris atque pecuniae magnitudine ictus: expauidusque Demosthenes auertitur. & discedens: Ego inquit poenitere tanti non emo. Sed graeca ipsa: quae fert dixisse lepidiora sunt: οὐκ ἔστιν οὐ μὲν ἀμφοτέρων δραχμῶν μετὰ λέγειν .i. non emo centum sestertiis poenitere.

Qui modus fuerit: quis ordo disciplinae pythagoricae quatumque temporis imperatum obseruatumque sit: dicendi simul ac tacendi. Cap. ix.

Pytha
gorica
discipli
na

Ratio ac ratio Pythagorae. ac deinceps familiae successionis eius recipiendi instituti discipulos: huiusmodi fuisse traditur. Iam a principio adolecentes: qui se ad discendum obtulerant: ἐφυστο γινώσκουσι: id est per naturam indicia pensculabat. id uerbum significat. mores naturaeque hominum coniectatione quadam: de oris & uultus ingenio: deque totius corporis filo: atque habitu sciscitari. Tum qui exploratus ab eo: idoneusque fuerat: recipi in disciplinam statim iubebat. & tempus certum tacere: non omnes idem: sed aliud aliud tempus: pro aestimato captu solertiae. Is autem qui tacebat quae dicebantur ab aliis: audiebat. Neque contari. si parum intellexerat. neque commentari. quae audierat: fas erat. Sed non minus quisque tacuit. quam biennium. Si prorsus appellabatur intra tempus tacendi audiendi: ἀκούσικος .i. auditores. At ubi didicerant rerum omnium

omnium difficillimas tacere: audireq; atq; esse iam cœperant silentio eruditi: cui erat nomē *ἔξευθία*: idest taciturnitas: tū uerba facere & quærere: quæq; audissent: scribere: & quæ ipsi opinarentur expromere potestas erat. hi dicebantur in eo tempore *μαθηματικοί*: idest disciplinis uacantes: scilicet ab iis artibus: quas iā discere atq; meditari inceptauerant: quoniam geometriam: gnomonicam: musicam: cæterasq; item disciplinas altiores *ἀσθηματικά*: idest disciplinas: ueteres græci appellabant. Vulgus autem: quos gētilico uocabulo chaldæos dicere oportet: mathematicos dicit. Ex ide his scientiæ studiis ornatī: ad perdiscenda mundi opera: & principia naturæ procedebant. At tunc deniq; nominabantur *φυσικοί*: idest naturales. Hæc eadem super Pythagora noster Taurus quū dixisset: nūc autē inquit isti: qui repēte pedibus illotis ad philosophos diuertunt: nō est hoc satis. quod sunt omnino *ἀσθηματικοί* *ἀσθηματικοί* *ἀσθηματικοί*: idest a contemplatione musica: geometria: penitus alieni: sed legem etiā dant: qua philosophari discāt. Alius ait: hoc me primum doce. Item alius: hoc uolo inquit discere. istud nollo. Hic a Symposio Platonis incipere gestit: propter Alcibiadæ commensationem. Ille a Phedro propter Lysiæ orationem. Est etiā inquit pro Iuppiter qui Platonem legere postulet: non uitæ ornandæ: sed linguæ orationisq; comedæ gratia: nec ut modestior fiat: sed lepidior. Hæc Taurus dicere solitus nouicios philosophorum sectatores: cum ueteribus Pythagoricis pensitans. Sed id quoq; non prætereundum est: quod omnes simul: qui a Pythagora in cohortem illam disciplinarū recepti erant: quod quisq; familiæ pecuniæq; habeant: in medium dabant. Et cohibebatur societas inseparabilis: tanq̄ illud fuerit antiquum consortium: quod re atq; uerbo romano appellatur: *κοινὸ βίον*: idest contubernium.

Quibus uerbis compellauerit Phauorinus philosophus adolescētē: uetuste nimis & prisce loquentem. Cap. x.

Hauorinus philosophus adolescenti ueterum uerborū cupidissimo: & pleuralq; uoces nimis prisce: & ignotissimas in quottidiāis cōmunibusq; sermonibus expromenti: Curius inqt & Fabricius & Corūcanius antiquissimi nostri: & his antiquiores Horatii illi Trigemini plane & dilucide cū suis fabulati sunt. Neq; aurūcor: aut sicanor: aut pelagorū: qui primi coluisse Italiā dicuntur: sed ætatis suæ uerbis locuti sunt. Tu autem perinde quasi cum matre Euandri nunc loquere sermone multis annis iam delito uteris. q̄ scire atq; intelligere neminē uis: quæ dicas. Nonne homo inepte: ut quod uis abūde consequaris: taceres: sed antiquitatē tibi placere ais: q̄ honesta: & bona: & sobria: & modesta sit. uiue ergo moribus præteritis: loquere uerbis præsentibus. Atq; id quod a. C. Cæsare excellentis ingenii ac prudentiæ uiro. In primo de analogiā libro scriptum est: habe semper in memoria: atq; in pectore: ut tanq̄ scopulum: sic fugias inauditum: atq; insolens uerbum.

*Vixit
hæc erit moribus præteritis
ut loquatur uerbis præsentibus
filius*

C. Cæ
far

Quod Thucydides historiæ scriptor inclytus: lacedæmonios in acie nō tuba: sed tibiis esse usos dicit. Verbaq; eius super ea re posita. Quodq; Herodotus Halyaten regem fidicinas in procinctu habuisse tradit. atq; inibi quædam notata de Gracchi fistula concionaria. Cap. xi.

Victor historiæ græce grauissimus Thucydides lacedæmonios summos belatores: non cornuū tubarumue signis: sed tibiærum modulis in præliis usos

LIBER

esse refert. Non prorsus ex aliquo ritu religionum: neq; rei diuinæ gratia: ne q; autem ut excitarentur: atq; euibrarentur animi: quod cornua & litui moliantur: sed cōtra ut moderatores: modulatioresq; fierēt: quod tibicinis numeris temperatur. Nihil adeo in cōgrediendis hostibus: atq; in principiis præliorū ad salutē uirtutēq; aptius rati: q̄ si permulcti sonis mitioribus non imodice ferocitent. Quum procincta igitur classes erant. & instructa acies: cœptūq; in hostem progredi: tibicines inter exercitū positi: canere inceptabant. Ea ibi præcensione tranquilla & uenerabili quadā. quasi militaris musicæ disciplina: uis & impetus militū: ne sparsi: dispersatiq; pruerēt: cohibebat. Sed ipsius illius egregii scriptoris uti uerbis libet: quæ & dignitate: & fide grauiora sunt. *καὶ μετὰ ταῦτα ἡ συνοδοσὴν ἀργείοι μὲν: καὶ οἱ ξυμμάχοι ἐν τῶν ὄσων: καὶ ὀρχη: χῶρουντες: λακ: Δαίμονιοὶ Δεβρὰ Δεῶς καὶ ὑποκυλοῖσ· ὡλλῶν ὀμοῦ εὐκαθίστων· οὐτοῦ ἡλεῶσ· χῶριμ· ἀλλίμα ὀμαλῶς μεταρῦμοῦ βαίνοντες πρὸσελοῖεμ· κειμηδιᾶσ· παοδὶ ἡσῦτων ἡ τὰξίς ὀπρῶσαι δειμῶνα λαστῶσ· δᾶεμταῖς πρὸσ ὀδοῖσ· τῶσ· αμ· ἰ.* Post hæc cōgrediebant argiui qdē sociiq; acriter & impetu ad orientes. Lacedæmonii cōtra sub tibiariū præcensione: stipato agmine maturates non adeo uoluptatis causa: uerū ut æquabili modulatoq; sensim ingressu conuenientes pugna capescerēt: nec suos ordines distrahi sinerent: quod semper amplissimas copias agere: ubi cōgrediendū est: nimirū decet. Cretenses quoq; prælia ingredi solitos memoriæ datū est. præcinēte ac præmoderate cithara gressus. Halyates autē rex terræ Lydiæ: more atq; usū barbarico præditus quum bellū milesiis faceret: ut Herodotus in historiis tradit: concinētes habuit fistulatores & fidicines: atq; fœminas etiam tibicinas in exercitu: atq; procinctu habuit: lasciuiuentium delicias conuiuiorum. Sed enim achæos Homerus pugna indipisci ait: nō fiducularū tibiariūq; cōcētū: uerū cōspiratu tacito nitibūdos *οἱ ἀριστὰν σὶ γῆμ· εμ· ὀσων· ἰομ· τετ· ἀχα· οἱ εὐρυμῶ· μεμᾶσ· τεσ· ἀλε· εμ· ἀλλῆλοῖσι* s. id est. Ast ibāt taciti spirātes robur achiui. Inq; uicem auxiliū cupida sibi mente ferebant. Quid ille uult ardentissimus clamor militum romanorū: quē in cōgressibus præliorū fieri solitū scriptores annalium memorauerūt? Contra ne institutum fiebat antiquæ disciplinæ tam probabile? An tum etiam gradu clamenti: & silentio est opus: quum ad hostem itur in cōspectu longinquo procul distantē? Quum uero prope ad manus uentū est: tum iam e propinquo hostis & impetu propullandus: & clamore terrēdus est. Ecce autē pro tibia laconica tibia quoq; illius concionatoriæ in mentē uenit: quam. C. Graccho cum populo agēte præisse: ac præmōstrasse modulos ferūt. Sed nequaquā sic est. ut a uulgo dicitur canere tibia solitū q̄ pene eū loquentē staret. uariisq; modis tum demulcere animum: actiōemq; eius. tum intendere. Quid enim foret ea re ineptius? si ut planipedi saltāū ita Graccho concionanti numeros & modos. & frequētamenta quædam uaria. tibiā incineret. Sed qui hoc cōpertius memoriæ tradiderūt. stetisse in circūstantibus dicunt occultius. quī fistula breuī: sensim grauiusculū sonū inspiraret. ad deprimendū sedandumq; impetus uocis eius. Refer uescēte nāq; in impulsu. & instinctu extraneo naturalis illa Gracchi uehementia indignisse non (opinor) existimanda est. M. tamen Cicerō fistulato rem istum utriq; rei adhibitū eē a Graccho putat. ut sonis tuā placidis. tum citatis. aut demissam iacentēq; orationē eius erigeret. aut ferocientem læuietēq; cohiberet.

Verba

C. grac
chi fi
stula

Verba ipsius Ciceronis apposui. Itaque idem Gracchus: quod potes audire Catule ex Licinio cliente tuo litterato homine. quem seruū ibi habuit ille ad manū cū eburnea solitus est habere fistula: qui staret post ipsum occulte: quum concionaret: peritū hominē qui inflaret celeriter eum sonū: qui illū aut remissum excitaret: aut a cōtētiōe reuocaret. Morē autē illū ingrediēdi ad tibicinū modulos praeliū institutū esse a Lacedæmoniis Aristoteles in libris problematū scripsit: quo manifestior fieret: exploratioque militū securitas: & alacritas. Nā diffidētia inquit & timori: cum ingressione huiusmodi minime cōuenit. & mœsti ac formidantes ab hac tam intrepida: & tam decorā incedēdi modulatione alieni sunt. Verba pauca Aristotelis super ea re apposui. Διὰ τὴν ἐπιδαυρολεμειὺν ἀελλῶσι. πρὸς αὐλοῦν ἐμβαινωσιν. ἰνα τοὺς δειλοὺς ἀπὸ χηλοῦ ὀψῆς γινώσκωσιν. idest quāobrem ubi cōmissuri praelium sint: ad tibiae modulos congregiātur: ut timidos minus honeste agentes iudicent.

Virgo uestæ quid ætatis: & ex quali familia: & quo ritu: quibusque cerimoniis: ac religionibus: ac cognomine a pontifice maximo capiatur. Et quo statim iure esse incipiatur: simulatque capta est. Quodque: ut Labeo dicit: nec intestato cuique: nec eius intestatae quisque iure hæres est.

Cap. xii.

